


Del Coll. de la Encyclopédie



L T I T U L U S I I I V B I I

499

LIBER OCTAVUS

TITULUS I.

De servitutibus

S U M M A R I A.

1. Quandoque servitatis appellatione per excellētiām sole reales denotantur, & inde explicatur 1. 8. ff. b. t. l. 44. ff. locati.
2. Reales servitutes sine prædio dominante & serviente esse nequeunt. An furo o prædio imponi vel acquiri servitus possit?
3. Prædia vel urbana vel rustica sunt; nec loco sed usu distinguuntur.
4. Servitatis vel urbanae vel rusticae denominatio fit à prædio dominante. eadem species servitatis potest aliquando urbana aliquando rustica esse: possunt & reales servitutes concedi ut personales.
5. An una, an vero plures servitutes sint, non ex servientium sed dominantium prædiorum numero estimandam.
6. Si Servitutes prædiales jam constituta sint, sequuntur universales, & particulares prædiorum successores, active & passive. Si tantum primis, particularis successor eas non tenetur impone; at omnino universalis; & quo usque?

Xpositis servitibus personalibus restat, ut de realibus dicamus. Eti autem servitutum appellatione, velut genere, & personales & reales comprehendendi, vulgo notum sit; infrequens tamen non est, ut nomen generis unius applicetur speciei, & reales servitutes velut per excellētiām quādam servitutum denominatio designantur; quandoque & hujus tituli inscriptione de servitibus generaliter concepta, ad solas reales pertinet, cum ioto libro præcedente de personalibus actione sit. Nec minus in tit. ff. de servitute legatū solae reales denotatae, eo quod in titulo præcedente de usufructu & usu & habitatione & operis legatis jam fuerat tractatum. Ex quā observatione legum quarundam explicatio petenda est. Etenim, cum Ulpianus in l. locare 44. ff. locati ait, neminem posse servitatem locare, non recte de omnibus, tum prædialibus tum personalibus, id ipsum accepis, sed de solis realibus, quae separatim a prædiis existere, & sine his intelligi nequeunt; quippe mera prædiorum accidentia & qualitates. Personales sive servitutes, sicutem usumfructum, & operas servitum, & habitacionem elocan potuisse, tum idem Ulpianus, tum Papinianus, & ipse quoque Justinianus, autores sunt, l. arboribus 12. 9. usufructuariis 2. ff. de usufructu & quoniam quis utat. 9. 1. & pen. Inst. de usu & habitat. l. caus. antiquitas 13. C. de usufructu. l. hominis spera 2. ff. de usu & usufructu legato. Similiter, cum à Paulo in l. 8. ff. b. t. traditum invenitur, ut possum decerpere licet, & ut spatiari & ut canare in alieno possimus; servitutem imponi non posse, non aliud eo indigitatum existimo, quam quod prædio talis servitus acquiri non possit; cum & spatiari & canare & possum decerpere non prædiis sed personaie jus sit, ad amicitudinem hominum magis, quam ad prædiorum commoda respiciens: adeoque, ut in tituli hujus inscriptione, ita & in l. 8. servitus non generaliter, sed sola realis intelli-

genda est, alioquin & pomum decerpere & spatiari & canare in alieno, procul dubio ad servitatem usus, certo modo limitatam, reduci posse, non est quod dubitetur.

2. Reales autem servitutes, ubi scilicet res rei servit, adeoque constitutus jus suum diminuit, alterius auger. l. de papillo 5. 9. & bello 9. ff. de operis novi numeris. Alter in jure nostro prædiles dictæ sunt, eu quod & dominans prædium, cui debentur, & servient, quod debet, ad eorum constitutionem & exercitum, necessarium est; nec sine prædiis existere possunt. §. idea autem 3. Infit de servitut. prædior. Quid enim aliud (inquit Celsus) sunt jura prædiorum, quam prædia, qualiter te habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo, l. quid aliud 86. ff. de verb. signif. junct. l. qui fundam 12. ff. quemadmod. servit. amitt. & jura quidem, possident commoda, debenti dummola; adeo ut fundum habens servituti obnoxium, non possit eundem divitidere, ita ut optimus maximusque est. l. cum videres 19. ff. de contrab. amitt. Quod ergo Pomponius tradidit, futuro quoque edificio, quod nondum est, vel imponi vel acquiri servitatem posse, l. si servitus 23. 9. 1. ff. de servitut. præd. urban. & Paulus, edificio needum edificato servitutem constitui; nondum inventa aqua servitutem aque ducentæ concedi, denique, viam quoque ab eo promitti posse, qui fundum non habet, l. heredes ejus 27. 9. contra 10. ff. famili. exciscande. l. Laisio 10. ff. de servitut. præd. rustic. id de promissione non constitutio ne conditionali intelligendum est; in quantum tacite subauditur, & aliquando fundus fuerit acquisitus, aut aqua inventa. Eti autem servitutes prædiales ipso quidem jure neque ex tempore neque ad tempus, neque sub conditione, neque ad certam conditionem constituti possunt, tamen si hinc adjecta sit, placitis standum est obtinuit, l. servitutes ipso 4. ff. b. t. neque etiam vetrum, servitutes basice posse sub conditione

Rer 2

summum

